

Non ferenda quoque hæc est consuetudo, quòd carnifex reum condemnatum rogare soleat de ignoscendo sibi, quod eum cogatur juxta sententiæ rigorem ex mandato Judicis occidere. Quia ille in exequenda sententiæ officium suum frangit, & ita non peccat erga condemnatum, ideò propterea ab ipso non indiget venia. Deinde condemnatus ob commissum delictum talem mortem promeruit, ideò ille peccavit, ut proinde carnifex nomine & vice Judicis sententiam latam exequatur, & ita nihil erga condemnatum peccet.

## ARTIC. XCVIII.

*Ab executione supplicii, quid fiat.*

Frag und Antwort/nach Vollziehung der  
Urtheil.

**W**enn dann der Richter fraget/ ob er recht gericht habe/ so soll derselbe Richter ungefährlich auff diese Meynung antworten: So du gerichtet hast / wie Urtheil und Recht geben hat / so laß ich es darbey bleiben.

## AD ARTIC. XCVIII.

## ARGUMENTUM.

*Hoc in articulo aliquid constituitur de Executoris seu Carnificis post factam executionem interrogatione, & Judicis ad eam response.*

## EXEGESIS.

**Q**uibusdam in locis consuetudine introductum, ut carnifex postquam executionem peregit, interrogare soleat Judicem, an rectè supplicium sumserit de condemnato, & ita latæ sententiæ satisfecerit, seu eam executioni tradiderit rectè: Mantzius *ad h. artic. num. 2. pag. 361.* ait, alicubi carnificem sic alloqui Judicem solere: Herr Richter / habe ich recht gericht / wie Urtheil und Recht spricht / wie Urtheil und Recht gegeben hat / wie es der arme Mann (oder Mensch) verschuldet hat? Ad quam interrogationem Judex approbando factam executionem ita respondere solet: Ja du hast gerichtet/wie Urtheil und

Es 2

Recht